

rum per le. co. exhibit valor rei duc.  $70\frac{60}{157}$ .  
Et quia positum est quod essent ducat. 12000. diuide 12000. per 600. exit 20. Multiplica 20. per duc.  $70\frac{60}{157}$  fit duc.  $1407\frac{101}{157}$ , & tantum debuit solui singulo mense, & qui soluunt aliter, grauitur errant & in damnum fisci. Si igitur vis scire quantum lucrantur, Primò multiplica solutionem per menses qui sunt 9. exit duc.  $12668\frac{124}{157}$ . Detrahe capitale, fit lucrum duc.  $668\frac{124}{157}$ . Et si vis scire quantum lucrantur pro 100. diuide 12000. capitale per  $1407\frac{101}{157}$  solutionem vnus mensis, quod exit est numerus mensium in quo fit solutio capitalis. Deinde reduc illos menses ad vnum terminum, & habebis in quanto tempore duc. 12000. lucrantur duc.  $668\frac{124}{157}$ . Deinde fac per regulam 3.

Si verò velles pro regula hoc facere vide 12000. aureos, quot aureos lucrantur in nouem mensibus ad 14. pro 100. & inuenies quòd lucrantur ducatos 1260. adde ad 12000. fiunt 13260. Deinde accipe progressionem de 8. qui est 1. m. numero mensium semper, & est 36. hanc multiplica per lucrum vnus mensis quod est 140. fit 5040. diuide per capitale quod est 12000. exit  $\frac{21}{50}$ , adde ad 9. numerum terminorum fit  $9\frac{21}{50}$ , diuide 13260. per  $9\frac{21}{50}$  quod exit est  $1407\frac{101}{157}$  solutio vnus mensis, quæ si multiplicatur per 9. numerum mensium, habebis vt priùs aggregatum lucri & capitalis, unde detracto capitali remanebit lucrum.

36 Trigesima sexta, Inuenias duos numeros quorum differentia sit 4. & cubi iuncti eorum sint 100. Pone semper 1. co. p. dimidio & m. dimidio numeri differentia, & habebis 1. co. p. 2. & 1. co. m. 2. & cuba vt vides, & iunge: habebis igitur 2. cu. p. 24. co. æqualia 100. Quare sequere capi-

1. co. p. 2.
1. cu. p. 12. co. p. 6. ce. p. 8.
1. co. m. 2.
1. cu. p. 12. co. m. 6. ce. m. 8.
2. cu. p. 24. co. æqualia 100.

ulum, habebis valorem rei esse R. v. cu. R. 3012. p. 50. m. R. v. cu. R. 3012. m. 50. & hic est valor rei. Et quia posuimus vnum ex illis numeris 1. co. p. 2. & alium 1. co. m. 2. addemus & detrahemus 2. à valore supradicto, & habebimus dictos numeros fore R. v. cu. R. 3012. p. 50. m. R. v. cu. R. 3012. m. 50. p. l. 2. & hic est maior: & minor erit R. v. cu. R. 3012. p. 50. m. R. v. cu. R. 3012. m. 50. m. l. 2.

Quòd si dixerit, Inuenias duos numeros quorum differentia sit 4. & cuborum differentia sit 100. similiter facies positionem, & cubabis vtramque partem, demum minue minorem de maiore & relinquuntur 12. cen. p. 16. æqualia 100. quare 84. æquatur 12. cen. & res valebit R. 7. Et quia vt priùs suppositum est quòd vnus numerorum sit 1. co. p. 2. alter 1. co. m. 2. habebimus illos numeros esse R. 7. p. 2.

1. co. p. 2.
1. cu. p. 12. co. p. 6. ce. p. 8.
1. co. m. 2.
1. cu. p. 12. co. m. 6. ce. m. 8.
12. cen. p. 16.

& R. 7. m. 2. Quòd si dicat sunt duo numeri quorum differentia est 8. & differentia cubi vnus à quadrato alterius fuit 100. quærentur numeri. Fac igitur primò de 8. duas partes quarum triplum quadrati vnus sit æquale duplo reliquæ partis, & hoc pro regula, & erit prima pars 1. co. secunda 8. m. 1. co. Dupla 8. m. 1. co. fit 16. m. 2. co. quadra 1. co. fit 1. cen. tripla fit 3. cen. æqualia 16. m. 2. co. quare 1. ce. p.  $\frac{2}{3}$  co. æquantur  $5\frac{1}{3}$  & res valebit 2. Vna igitur pars est 2. alia 6. Fac igitur per positionem incruciatam ponendo numerum ptimum 1. co. m. 2. & secundum 1. co. p. 6. quorum differentia est 8. cuba minorem & quadra maiorem, deinde detrahe, habebis tandem 1. cu. m. 7. cen. m. 44. æqualia 100. Quare 1. cu. æquatur 7. cen. p. 144. Cuba  $2\frac{1}{3}$  tertiam partem censuum, habebis  $12\frac{19}{27}$ , dupla fit  $25\frac{11}{27}$ , adde ad 144. fit  $169\frac{11}{27}$ . Quadra  $12\frac{19}{27}$  fit  $16\frac{280}{729}$ , diuide

1. co. m. 2.
1. cu. p. 12. co. m. 6. ce. m. 8.
1. co. p. 6.
1. ce. p. 12. co. p. 36.
1. cu. m. 7. ce. m. 44. æqualia 100.

$169\frac{11}{27}$  in duas partes, ex quarum multiplicatione fiant  $161\frac{280}{729}$  & erunt partes  $84\frac{19}{27}$  p. R.  $7013\frac{1}{3}$  &  $84\frac{19}{27}$  m. R.  $7013\frac{1}{3}$ . Igitur valor rei est R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  p. R.  $7013\frac{1}{3}$  p. l.  $2\frac{1}{3}$  p. R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  m. R.  $7013\frac{1}{3}$  quia igitur partes sunt vna 1. co. m. 2. & est illa quæ cubatur, & alia 1. co. p. 6. illa quæ quadratur erunt partes vt vides, Prima, R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  p. R.  $7013\frac{1}{3}$  p. l.  $\frac{1}{3}$  p. R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  m. R.  $7013\frac{1}{3}$ . Secunda, R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  p. R.  $7013\frac{1}{3}$  p. l.  $8\frac{1}{3}$  p. R. v. cu.  $84\frac{19}{27}$  m. R.  $7013\frac{1}{3}$ .

Si verò dicat quod inuenias duos numeros quorum differentia sit 8. & cubus vnus cum quadrato alterius faciat 100. tunc facies præcisè vt in præcedente pro inuenienda positione & erunt partes 2. & 6. vt priùs, in positione verò pones 1. co. p. 2. cubandam & 1. co. m. 6. quadrandam. Quare quadra 1. co. m. 6. fit 1. cen. m. 12. co. p. 36. cuba 1. co. p. 2. fit 1. cu. p. 12. co. p. 6. cen. p. 8. iunge simul fiunt 1. cu. p. 7. cen. p. 44. æqualia 100. Quare 1. cu. p. 7. cen. æquabitur 56. Sequere æquationem cubando  $2\frac{1}{3}$  fit  $12\frac{19}{27}$ , dupla fit  $25\frac{11}{27}$ , detrahe ex 56. remanent  $30\frac{16}{27}$ , quadra  $12\frac{19}{27}$  fit  $161\frac{280}{729}$ , fac ex  $30\frac{16}{27}$  duas partes ex quarum multiplicatione producat  $161\frac{280}{729}$  & erunt partes  $15\frac{8}{27}$  p. R.  $72\frac{16}{27}$  &  $15\frac{8}{27}$  m. R.  $72\frac{16}{27}$ , & ideo valor rei erit R. v. cu.  $15\frac{8}{27}$  p. R.  $72\frac{16}{27}$  m. l.  $2\frac{1}{3}$  p. R. v. cu.